

Adrevald.

Benevolus
il uisus
nec etiam
in nobilitat.
carni.

Bugnot.

Libertas
metaphorice
Cicero.

Propria
quæ

Quæ in
servitute

Cur annu-
lus ferreus
servorum
proprius
Apulei.

Plin.

Aul. Gell.
Unde origo

Quæ in
digito Re-
gum & Pæ-
rificum
Plin.

Quæ libe-
tati in
Plin.

Quæ &
quid ex cen-
sus

Ovid.

Serui se po-
terunt re-
dimere.

Vigil.

Senec.

Plaut.

Adrevald. 1. de Miracul. S. Benedicti, cap. 1. testantur ruine palatii eorum, cum adicula prope nonia Maris urbi sita, tanta quippe magnitudinis, perplexique operis ex fundamentis consistisse convincitur; ut qualibet palatia potentissimorum superaverit Regum, nec modicis, queat reparari impensis. Excellentiam generis Anicii nec dubitat ipse Galonius: huius stirpis Benedictum fuisse, patet. Negat ille genus viro, qui natus est magnus; ut abroget singularis nobilitatis indeclinabile deus ab antiquitate, splendore, notissimis claritudine, opulentia, fama, gloria, quibus ex illustribus liberis profapia: at magis in impugnatione inficiando confirmat, astringens quod furenter negat: igitur faretur sanguine Benedictum nobilissimè splendidum, dum pravè è liberiore designat genere natum. Dicam cum Bugnotio in Vita Benedicti Carm. 1.

Nur/sini mores fabula nulla iuvat.
Nur/ga ergo cadant ludibrio, quia rerum nobis maior nascitur ordo; ut principali ræpondeamus instituto.

32 Metaphoricè reus dicitur liber, dum absolvitur à crimine vel à criminis poenam aut ait Terent. in Phorm. Act. 2. scen. 2. v. 9. Ab obfisione, cinctus. Cicero. 8. ad Attic. Epist. 1. 2. qui ibid. lib. 12. Epist. 2. 3. ait: Me hac accessione nunc maximè libera. Ita liber à credito-re, qui gravatus tenebatur ære alieno; igitur iam solutus ab exactione. Proprie igitur libertas sumitur, dum à potestate domini eximitur servus, vel vi, vel manumissione: quæ quidem minimè licebat, nisi ex iusta servitute. Non iusta servitute, modò qui servus à parentibus, ut veniret, raptus; ut accidit Ioseph, de cuius dominio semper suspectus Patri-phar, uti dicitur in Testamento. Ioseph. Frequenter huiusmodi facta finguntur à Plauto & Terentio in concinnitate commediarum. Qui talia passi, verè in servitute dicebantur captivi; non servi, quippe non iusta servitute servati. Iusta ergo servitus erat; dum in servitute servabatur, qui occidi quibat sùre belli. Unde servus, quia servatus: Angustin. 19. Civit. cap. 15. & servatori in servitute addictus. Isidor. 9. Origin. cap. 4. Plura de hocce articulo ac conditione servitutem diximus, Tom. 2. T. 12. à n. 3. Si servus, quia manu captus; liber, quia è manu dimissus. Hinc mancipij nomen: quare qui servi, portabant nonnumquam annulum ferreum, ut experimeret vinculo illo levissimo servationis beneficium. Plin. lib. 33. cap. 1. Dalecamp. hic. & Apuleius, 10. Metam. ubi: Contractatis nequissimi serui manibus, annulum ferreum deprehensum sacculi cum signo conferunt. Eapropter Spona propter subiectionem olim mittebatur annulus, non aureus, sed fer-reus à Pronubo. Alex. ab Alex. lib. 2. cap. 5. Coel. Rhodigin. 6. cap. 12. Philipp. Beroald. in loc. Apul. cit. & Plin. ubi dudum, dicens: Quo argumento etiam nunc Spona annulus ferreus mittitur; isque sicut gemma; indicatà mariti potestate, dominioque: qua de causa dicitur à Gellio, 4. cap. 3. In cuius manu, mancipioque. A Promethæ libertate usus annu-lorum dicitur tractus, quin Herenuli assertoris effect servus; in memoriam vinculorum à queis virtute illius vindicatus: verum ea lege ut suarum poenarum monumentum, annu-lum ferreum gustaret. Coel. Rhodigin. d. cap. 15. & Dalecamp. in Præm. lib. 37. Plin. Hinc annuli aut formosa vincula Regibus & Pontificibus; ut notetur servi publici. Indicat pompa triumphantis. Cum corona ex auro sustineretur à tergo (subdit Plin. d.) annulus tamen in digito ferreus erat, æquè triumphantis & servi.

33 Ex iusta itaque servitute inter Romanos quibat concedi libertas; quæ interdum dicebatur Libertas iusta; interdum, Non iusta: de qua aliquatenus differimus hic Tautolog. 2. à n. 14. Iusta ergo libertas dicebatur iusta pro legitima; collata Vindicta, Testamento, & Censu. Censu, si quis servus in Comitij, consentiente domino, nomen in censum detulisset, quia olim, ut observat Halicarnas. lib. 4. m. 19. foli. Cives Romani censabantur. Si vis per Censum intelligere redemptionem factam à servo (etsi Iurisperiti abnuant) non in-ficiabor. Ovid. 1. Fastor. v. 217. ait:

In pretio pretium nunc est: dat census honores,
Bona enim mancipij, acquisita modis iure civili institutis, dicebantur Censu censendo,
Perspicuo apud Plautum, signatque Cicero Orat. pro Flacco. Virgil. Eclog. 1. v. 33.
Nec spes libertatis erat, nec cura peculij,
Senec. Epist. 80. Mancipia (ait) peculium suum, quod comparaverunt ventre fradato, pro capite numerant. Ubertim testimonia apud Plautum.
Aiebat se mihi allaturum cum argento marsupium.
Si attulerit, dicam, ut à me abeat liber, quò voleret;
Ne tum, quando suus factus sit, à me argentum petat.

Ira in Menach. Act. 5. scen. 7. v. 53. Idem in Amphitru. Act. 5. v. 2. & 15. & in Rudent. 4. 2. v. 22.

Occa

Occasio et liberet ex populo Prator te.
Nunc sic faciam: ibi ad verum doctè & astute
Pauillatim pollicabor pro capite argentum; ut sem liber.

Idem.

Tacit.

Ex testamen-
to.

Sueton.

Serui liber-
i ingratu-
terum ser-
vati.

Val. Max.

Quæ liber-
tas non ius-
ta?

Tacit.

Halicarn.

Cicero,
Sueton.

Quæ liber-
tas per ami-
cos?

Plin.

Senec.

Quæ per me
(am & epu-
stiam)

Quæ liber-
tas minor?

Senec.

Quid vult
cui.

Quæ liber-
tas ex vindi-
cta?

Lapis liber-
tatis.

Si dominus dato pretio fidem non servaret, querela interebatur in Urbe apud Pratorum, in Provincia apud Præsidem; ut dicitur leg. 5. de Manumiss. qua de causa Pedantium Secundum servus ipsius interfecit, negatà libertate, cui pretium pepigerat. Tacit. 14. Annal. cap. 42.

34 Testamento, si quis supremà voluntate in testamento servum liberum scripserit. Usus invenitur in Scriptura, Iudith. 16. 28. Dimisit Abram suam liberam, & defuncta est. Denique Vindicta, de quo num. 30. His ergo modis manumissio irrevocabilis (nisi fieret à domino, minore viginti annis) etiam si mitteretur servus, ut pugnaret cum bellicis, vel si infirmà valetudine à domino sine medicinis pratermitteretur. Quapropter Clavianus (ut refert in eo, cap. 25. Sueton.) cum quidam agra & afflicta mancipia in insulam Æsculapij radio mendandi exponeret; omnes qui exponerentur, liberos esse sanxit, nec redire in altiora domini, si convalescent: quod si quis necare quem malet, quam exponere: cedis crimi-ne teneri. Vide etiam Spartianum in Adrian. Tribus hinc modis stabat perpetua liber-tas, sed per eundem etiam lex fidei: Ingratos, & de quibus patroni quererentur; revoca-vit in servitute. Ibid. Torum ex instituto Athenienfium. Convictus à patrono libertus ingratu, iure libertatis excurat. Super sedeo te, inquit habere civem, tanti numeris im-pium estimatorem: nec adauci possunt, ut crecam u. bi titum quem domi sielestium cerno. Abi igitur, & esto servus, quoniam liber esse nescisti. Valer. Maxim. lib. 2. cap. 6. Plutarch. in Solon. & Alex. Neapolit. lib. 4. cap. 10.

35 Alia libertas dicebatur Non iusta, & erat revocabilis, ut qua fiebat per amicos, per mensam, per Epistolam. Libertatem in communi possuisse (inquit Tacit. d. lib. 13. cap. 27.) quin & manumittendi duas spes institutas, ut ne quaeretur poenitentia, aut nullo beneficio locus, quos vindicta patronus non liberaverit, velut vinculo servituti attineri. Dis-pisceret quisque merita: tardeque conceeret, quod datum non admittetur. Halicarnas. lib. 11. d. n. 38. Censores (inquit) prospicere debere; ut eos qui quotannis manumittuntur, quinam sint, & quare & quomodo liberati fuerint donati, examinentur. Altruie multis illustrationibus Marcell. Donatus in Sueton. Augusto, cap. 40. Proinde in Topicis ad Tre-batium, Cicero inquit: Sine censu, neque vindicta, nec testamento qui liber factus est, non est liber. Ita Angulus Civitatem Romanam per os suum dedit, & manumittendi modum terminavit. Per Amicos fiebat libertas: dum coram illis iponte, vel illorum interventu, li-berum esse servum, dominus proferebat. Plin. lib. 7. Epist. 16. Spero (ait) imò confido, fac-tille me impetraturum, ut ex itinere Proconsul delectat ad testi voles vindicta liberare, quos proximi inter amicos manumissit. Senec. de Vit. beat. cap. 24. Hominibus (inquit) prodesse, natura iubet: servi, libere sint, ingenii an liberi, iusta libertatis, an inter amicos da-ta; quid refert? Per mensam libertas conferebatur, ubi domini iussu sedebat servus simul ad convivium; sicut per Epistolam, quando à domino missus servus ad negotia, per litte-ras iubebatur vivere ut liber. Biticola, Tom. 1. lib. 10. cap. 21. & Alex. ab Alex. d. lib. 4. cap. 10. Libertas his modis dicebatur Libertas minor, quippe revocabilis: etsi præfatus Alex. ibid. altruat, manumissos à Pratore, non dici statim Romanos cives, sed Latinos.

36 Irrevocabilis præfatis conditionibus fiebat per Pratorum. Perf. Sarty. 5. v. 88.

Vindicta postquam meus à Pratore recessit.
Vindicta Pratori ad iudicabatur, ut dispiceret an cause in libertatem legitima; vel à iure de generes. Hoc iudicium dicebatur Vindicta, idest, ad iudicationes: que quidem si à ser-vitute in libertatem; Vindicta dicebantur Secundum libertatem: si e contra, Secundum ser-vitutem. Unde Pratori Assertoris nomen, quasi vindicta alienæ libertatis. Donat. in Te-rent. Adelphi. Act. 2. scen. 1. v. 40. Functio fiebat in templo Libertatis seu Feroniæ (hand in illo erecto à Clodio ex domo Ciceronis, missi in exilium; quasi Ciceronis absentia ef-fet libera Roma; de quo Plutarch. in Cicero. & Rosin. lib. 2. cap. 18. sed quod ex multatita pecunia considerat & dedicat pater Gracchorum. Ibid. & Alex. ab Alex. d. lib. 6. cap. 11. cuius atrium celebre inter Scriptores, ut videri licet apud Tacit. 1. Histor. cap. 31. & Sueton. ubi proxime, cap. 29.) ibi erat lapis famosus, quo ferebatur manumitten-dus, raso capite, cum pileo: cui quidem dicebatur: Sedaat servus benemeritus, & surgat à liber. Vid. Alex. Neapolit. lib. 4. cap. 10. & que nos dicitur in Ephemer. 13. April. Alijs placet factam libertatem à Pratore ubivis: coram illo itaque à domino proferebatur manumittendus, cuius brachium quasi vincum tenebat dominus, Pratorique dicebat: Volo

Tom. VIII. Taut.

Bb

hurs

Modus in libertatem

Sid, Apoll.

Sedul.

Qua aqua liberalis

Augustin. Qua in bonis libertas naturalis

Libertas gratia & gloria

Bernard.

Cur libertas naturalis dicitur liberum arbitrium

Qua in bonis libertas naturalis dicitur liberum arbitrium

Idem.

hunc hominem liberum esse: tunc servum circumagebat agrans, alampam impingebat, & manu dimittebat. Isidor. d. lib. 9. cap. 4. Senec. Epist. 8. Claud. 4. Conjur. Honor. v. 616. Pulsata fronte recedit in civem: rubuere gena. Persius Satyr. 5. v. 75. Quibus una Quiritem vertigo facit. Lullinian. Novell. 81. hic Dionys. Gothofred. Appian. lib. 4. Crell. & Si don Apollinaris Panegy. t. Antemio, v. 575.

Donabis quos libertate Quiritis, Quorum gaudentes expectant verbera male.

Hunc in ritum alludit Sedulius lib. 5. Carm. v. 102. Ubi de N. Servatore, dedecorato sicine, in fit:

His alapis nobis libertas maxima plausit. His peractis respondebat Prator: Dico cum liberum esse more Quiritum, imposita virga super verticem liberti. Rosinus cum nonnullis lib. 1. d. cap. 20. affirmat a liore fieri, accepta a Pratore virga, caput tangi, palma faciem percuti, atque tergum verberari: quibus perfunctis nomen manumissi a Scriba in actis referrebat. Tunc pompa: equidem alba veste, annulo auro, corona, patroni nomine, tribu, mensaque honorabatur. Iust. Lips. 1. Elef. cap. 13. Petr. Faber in Semeftrib. Boetius in Topic. Cicer. Politian. Miscellan. cap. 31. Tertullian. de Coron. milit. cap. 13. de Patient. cap. 4. & denique de Resurrect. carn. cap. 57. de quo num. 42. Inter Lacedaemones liberti iam cives (uti observat Bisciol. ubi dudum, lib. 10. cap. 17.) hauriebant aquam, quam dicebant Liberalem ex quodam fonte Argis fito; eò quod traditum, Cerberum liberatum ab Orco, cum ex illa aqua bibisset.

37. Iam ergo ad sacra, ut constet quomodo nos non ancilla, sed libera esse filios, qua libertate Christus nos liberavit in libertatem gloriae, seu gloriam libertatis filiorum Dei. Hic non agitur de libertate naturali, qua dicitur Arbitrium liberum, de quo Tertullian. de Anima, a cap. 20. lib. 2. Advers. Marcion, cap. 5. & de Trinitate, cap. 1. Augustin. Enchirid. cap. 25. & alijs in locis fuse: brevique 15. de Civitate, cap. 21. ubi: Ue Juperia civitas assecat, qua peregrinatur in terris, non facit libertate a birij sui; sed speret invocare nomen Domini Dei: quoniam voluntas in natura (que facta est bona a bono Deo, sed mutabilis ab immutabili) & a bono potest declinare, ut faciat malum, quod fit libero arbitrio: & a malo, ut faciat bonum, quod non fit nisi a bono adiutorio. Ex illo ergo & alijs orthodoxis plura congestimus, Tom. 6. T. 2. a n. 31. Vide Bellarmin. Tom. 1. Controv. 5. lib. 2. cap. 29. & DD. Scholasticos cum D. Thoma 1. p. quaest. 83. & in 2. d. 22.

38. Libertas itaque distinguitur in libertatem naturae, gratiae, & gloriae. Libertas ergo naturae, excludens necessitatem, consistit in posse, velle, & nolle quodcumque propositum. Libertas gratiae, qua est libertas a peccato, ut videbimus, est a meritorie velle & nolle vitam aeternam. Libertas gloriae constituitur per gratiam consummatam. D. Thom. ubi proxime, d. 25. art. 5. ad 6. & de Verit. quaest. 24. art. 1. ad 11. dividit ex Bernardo libertatem in libertatem arbitrii, consilij & complaciti. Mellissus Doctor, imò theodidactus (siquis alius) in hoc argumento, vocat libertatem a necessitate, a peccato & a miseria. Ita ergo de Gratia & libero arbitrio, cap. 3. a n. 6. in fit: Sola ergo voluntas, quoniam pro sui ingenta libertate, aut dissentire sibi, aut praeter se in aliquo consentire, nulla vi, nulla cogitur necessitate; non inmerito iustam vel iniustam, beatitudine seu miseria dignam ac capace creaturam constituit; praeterea scilicet iustitiae iniustitiae consenserit. Quos propter huiusmodi voluntarium liberumque consensum (ex quo & omne sui consistat pendere iudicium) puto, non incongrue esse, quod solet liberum arbitrium appellari: ut liberum, referatur ad voluntatem: arbitrium, ad rationem. Hinc libertas a necessitate, quam sequuntur reliquae species, de quibus etiam Hugo in cap. 43. Genes. nimirum libertas a peccato, & a miseria. Primo (subdit Bernard. n. 7.) in liberam voluntatem, ac voluntariam libertatem conati sumus, nobilis Deo creatura. Secundo reformamur in innocentiam, nova in Christo creatura. Tertio sublimamur in gloriam, perfecta in spiritu creatura. Prima ergo libertas habet multum honoris: secunda plurimum etiam virtutis; novissima cumulum iucunditatis: ex prima quippe praesumus ceteris amantibus: in secunda carnem, per tertiam mortem subijcimus. In ampliore articulo claritatem, num. 11. Ex hac (inquit) libertate, qua liberum est voluntate, seipsam iudicare (vel bonam, si bono vel malam, si malo consenserit; quippe qua in neutro, nisi certe volendo, consentire se sentit) liberum arbitrium credimus nominari: nam ex illa, qua dicitur A peccato, congruentius forsitan liberum consilium: & item ex illa, qua dicitur A miseria,

liberum potius complacitum posse dici, quam liberum arbitrium. Arbitrium quippe iudicium est: sicut ergo iudicij est, discernere quod liceat, quod non liceat; sic profectio consilij, probare quod expediat, vel non expediat: sic complaciti quoque, experiri quod libeat, vel non libeat.

39. Intelligitur modò Pauli testimonium, dicentis: Reformamini in novitate sensus vestri, ut probetis qua sit voluntas Dei bona, & beneplacens & perfecta. Exponitur bonum, melius, & optimum. In voluntate bona, quippe a Deo bono, ut vidimus ex Augustino, num. 37. liberum arbitrium, seu libertas a necessitate: in beneplacens: libertas a peccato: in perfecta, libertas a miseria. In primo, homo ratione fulget: prae dicitur: in secundo, a peccato cautus; in tertio, a miseria tutus. Hæc libertas gloriae, qua dicitur A miseria non fuit in statu innocentiae, quo quidem Adamus velle potuit, quod non debuit, & recipere quod noluit. Liber fuit, sed non habuit libertatem a peccato; quippe licet potuit non peccare; non tamen, non posse peccare: licet potuit non mori, non tamen non posse mori: in quo perfectissima libertas per impotentiam miseria, peccati & mortis, ait Bernard. ibid. n. 21. tribuens his libertatis speciebus duos gradus. Superior libertas consilij est (ait) non posse peccare. Inferior, posse non peccare. Item superior libertas complaciti, non posse turbari: inferior, posse non turbari. Itaque inferiorem libertatis utriusque gradum, simul cum plena libertate arbitrii homo in sui conditione accipit; & de utroque corrumpit, dum peccavit. Corruit autem de posse non peccare, in non posse non peccare; amissa ex toto consilij libertate: itemque de posse non turbari, in non posse non turbari, amissa ex toto complaciti libertate. Sola remansit ad panam libertas arbitrii, per quam utique ceteras amisit, ipsam tamen amittere non potuit. Sic ergo intelligendus est Augustin. dum Enchir. cap. 30. inquit, Per peccatum amissum liberum arbitrium: equidem non amisit libertatem naturae, & a necessitate; sed libertatem consilij & Complaciti. Per peccatum igitur arbitrio libero permanente, libertas debilitata est, non amissa: ait D. Thom. loc. cit. Cæcitas manet in mente, & instabilitas in voluntate. Unde Ierem. Thren. 1. 8. Peccatum peccavit Ierusalem: propterea instabilis facta est. In statu naturae lapsa, ut ait Augustin. in Ioann. Tract. 44. Si vitium pro natura inolevit; secundum mentem omnibus homo cæcus natus est.

40. Gratia Christi, quamvis oggania Bassus ex tempore Apollolorum, & Abailardus deliriet; ex captivis facti sumus liberi, ex servis filij, ex impijs iusti. Cum enim servi estis peccati, liberi fuistis iustitiae. Rom. 6. 20. Ut respiciant a diaboli laqueis, a quo captivi tenebantur ad ipsius voluntatem. 2. Tim. 2. 26. Vos cum mortui estis in delictis, convivificavit cum illo, Coloss. 2. 13. Cum essemus mortui peccatis, convivificavit nos Christo, cuius gratia estis salvati. Philipp. 2. 5. & Galat. 4. 5. Ut eos, qui sub lege erant, redimeret, & adoptionem filiorum reciperemus. Ita per Christum homini collata libertas. Liberum arbitrium liberatore indiget (addit luculente Bernard. d. n. 7.) sed planè qui illud liberaret, non a necessitate, quam voluntatis esse penitus non noverat; sed a peccato in quod tam liberè, quam voluntarè corruerat, simulque a pena peccati, quam incautum incurrerat, invitumque ferebat: quo utroque malo liberari omnino non poterat, nisi per illum, qui solus hominum factus est inter mortuos liber: liber scilicet a peccato inter peccatores. Eius enim gratia omnibus modis liberati sumus. Per Censum sanè. Iam non estis hospites & advena, sed estis cives sanctorum & domestici Dei. Ephesio 2. 19. Si Censu pro pretio in redemptionem, Empti enim estis pretio magno, 1. Cor. 6. 20. Non corruptibilibus auro vel argento redempti estis; sed pretioso sanguine quasi agni immaculati Christi. Etiam per Epistolam libertas. Manifestati, quòd epistola estis Christi: 2. Cor. 3. 3. Locutus est Pater nobis in filio, qui multifariam olim locutus per affatos ab illo Prophetas. Per Mensam similiter: Conabo cum illo & ipse mecum. Apocal. 3. 20. Testamento quoque a Christo libertas hominis. Hic est calix novum testamentum in sanguine meo: Luc. 22. 20. Per Amicos pariter, recordatus misericordiae suae, Sicut locutus est ad patres nostros Abraham & semini eius in secula, Ibid. 1. 55. Si enim locutus est per os sanctorum, ut sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati, serviamus illi in sanctitate: v. 70. Per Vindicam denique, quippe virga crucis tacti, sedentes in petra Christo, in libertatem surreximus & erecti sumus. Psalm. 19. 9. bibentes aquam Liberalem: equidem dicit Propheta: Haurietis aquas in gaudio de fontibus Salvatoris. Hæc. 12. 3.

41. Per Vindicam exponi potest satisfactio peccati, quod clauserat cælum, & solvit Christus quæ non rapuit, ut aperiret credentibus regna caelorum. Pater enim proprio filio non pepercit; sed pro omnibus nobis Deus ultionum tradidit illum. Olim qui

Rom. 12. 2

Quid in libertate colitur, bonum beneplacitum & perfectum

Bernard.

Augustin. Ne est amissa sua est virtutum liberum arbitrium originis peccati.

Idem.

Epistola gratia per Cor. 1. 13.

Bernard.

Libertatis homo a Christi omnigena libertate

Morte Christi si pariter reddatur benedicti.

Tom. VII. Taut.

Bb 2

Sa:

Cyprian.

Luc. 23. 43

Levit. 14. à 4.

Thren. 4. 20

Mundatus ex ex eius sanguine.

Heb. 6. à 4.

Ioann. 8. 56

Rom. 8. 21

Verf. 21. Gloria eius corpori per Christum.

Tertull.

Primiti lib. be-tar quo modò habe-tur & expe-ctatur

Verf. 19.

Rom. 6. 12

casu homicida, confugiebat in unam de civitatibus refugij, ibique manebat, quousque Sacerdos Magnus moreretur. *Numer. 35. 25.* Sine morte Summi Sacerdotis nequibat redire ad propria. Morte Salvatoris hominum libertas apparuit facta vindicta: equidem in ligno animam deponente, redijt à quo exulaverat homo in deliciis paradisi. *Parviam nostram paradysum computamus:* ait Cyprian. libelli. de *Mortalit.* Claudit pervia, & in reversionem causa: igitur vel latroni dicitur, moriente Domino; *Hodie mecum eris in paradiso.* Hodie in propria rediens, quippe hodie moriturus Sacerdos Magnus. *Vindicta* ergo concessa libertas, quoniam cruci affixum chirographum, quo erat scripta servituti iniquitas. Ad leprosi mundiciem, è duobus vivis passibus captus, unus vulnere coram Domino cadebat; alius tinctus illius sanguine, liber è vinculis abolabatur. Torum genus humanum laborabat faldio lepræ, & pruritu originarie culpæ. Captus est homo à diabolo passer vivus, ac detentus in catenis. *2. Tim. 2. 26.* *Christus Dominus captus est etiam in peccatis nostris.* Ad munditiam & libertatem hominis totum propositum: mors unius passeris, & ex vulnere; necessaria in cleutherium, quod *Vindicta* demonstrandum. Felix homo; quandoquidem operata fauste gavisus est libertate; quia tinctus eius sanguine, qui mortuus pendebat vulneratus in cruce. Ab inimicis, ac compediibus eripuit & eruit, insuper post libertatem magnis muneribus honoravit. *Redempti non Deo in sanguine tuo, & fecisti nos Deo nostro regnum & sacerdotes, & regnabimus super terram.* *Apocal. 5. à 10.* Elucet omnimodò homini per Christum concessa libertas; sed revocabis ingratias, quibus placet improbitas. *Impossibile enim est, eos qui semel sunt illuminati, & prolapsi sunt, rursus renovari ad penitentiam: rursus crucifigentes sibi metipsum filium Dei, & ostentui habentes.*

42 Facta ergo à Christo libertas & à Christo solo, calcante torcular; unde dixit servus imò filius diaboli, *Si vos filius liberaverit, verè liberi eritis.* Verè per Filium, non per Moysem servum; quia per illum lex peccata non debebat, sed signabat. At hac infra à *num. 47.* per Christum verò ipsa creatura liberabitur à servitute corruptionis in libertatem gloriae filiorum Dei. In presenti auctoritate non recolitur beneficium libertatis à peccato, sed tantum libertatis à miseria, quæ est voluntas perfecta arque libertas consummata: libertas gloriae seu libertas gloriola, qua natura nec potest peccare, nec turbari potest; ob cuius felicitatem inhiat, quia expectatio creature revelationem filiorum Dei expectat. Anima per gratiam libera, cæso non serva, est captiva. Ut captivitatem exuat, plenior libertas est necessaria. Non est serva, quippe à peccato liberata gratia: & est captiva, quippequam gravatur peccati pena. Pena peccati est corruptio, propter quam omnis creatura ingemiscit & parurit usque adhuc. *Non solum autem illa* (inquit Paulus) *sed & nos ipsi, primitias spiritus habentes: & ipsi intra nos gemimus, adoptionem filiorum Dei expectantes, redemptionem corporis nostri:* etenim cum in hac redemptione deponatur totum quod conditione mutabile & corruptibile; liberatur tunc natura à corruptionis comite captivitate, libertate gloriae, cum in vitam immortalem sumus per resurrectionem regenerati, qui in vitam caducam mortaliter eramus geniti. Vid. *Tom. 7. T. 5. n. 42.* Ad rem Tertullian. de *Resurrect. carnis*, cap. 57. alludens ad mores Romanæ manumissionis: *Atquin & vestis alba nitore, & aurei annui honore, & patroni nomine, ac tribu mensuque honoratur. Permite hanc & Deo potestatem per vim demutationis, illius conditionem, non naturam reformandi; dum & passionem auferuntur, & munitiones conferuntur. Ita manebit quidem caro etiam post resurrectionem, eatenus passibilis quæ ipsa, quæ eadem: ea tamen impassibilis, quæ in hoc ipsum manumissa à Domino, ne ultra pati possit.*

43 Sicine de corpore sumpta sententia: modò de anima. Libera namque à peccato per Christum, potest non peccare, nec se subijcere homo personaliter diaboli servituti; sed cum ratione originarie labis, à primo parente sit onoxius servituti corruptionis; ingemiscit subiectus in spe, quod aliquandò libera sit, ac immunis à tota miseria (quin possit peccare, turbari, mori) ingrediens in gaudium Domini sui (plenitudine libertatis) qui modò patitur vel in vita corpus mortis: sentit enim in membris aliam legem sine ordine, illum captivantem in lege peccati; quam sentire non poterit exuens corruptionis servitutem, cum acceperit ex toto promissam hereditatem, cum felicitate plena, quæ cœpit à gratia, & consummatur in gloria, ita ut nesciens peccatum perfecte bonus, nihil adversi sentiat plene beatus. Hæc est adoptio, quæ habetur & expectatur. Habetur inchoativè per gratiam, & expectatur consummandam per gloriam. Cuncta comprehendit Paulus: *Nunc verò liberati à peccato, servi autem facti Deo, habetis fructum*

ve-

vestrum in sanctificationem, si enim verò vitam æternam. Ingeniosissime Augustin. 1. 4. *Off. cap. 25.* *Etiã ipse iustus (infir) non vivit ut vult, nisi eò pervenerit, uti mori, falli, offendi omnino non possit, etque sit certum, ita semper futurum.* Hoc enim natura expetit, nec plene atque perfecte beata erit, nisi à opta quæ expetit. Nunc verò quis hominum potest ut vult vivere, quando ipsum vivere non est in potestate? Vivere enim vult, mori cogitari. Quomodo ergo vivet ut vult, qui non vivit, quandiu vult? Quod si mori voluerit, quomodo potest, ut vult vivere, qui non vult vivere. Esti ideo mori velit, non quod nolit vivere, sed ut post mortem melius possit vivere. Nondum ergo ut vult vivit; sed quom ad id quod vult, moriendo pervenerit.

44 Elucet quàm genuina expositio ex contextu: non solum in illo obijcitur per gloriam à miseria libertas; sed in exemplum præ se fertur libertas filiorum Dei: & ut dicitur *Baruch. 5. 6.* *Adjuvet Dominus in honore sicut filios regni.* Filij Dei, & filij regni dicuntur Angeli. Omnes sicut aqua deorsum dilabimur, & uti servi peccati natura corumpimur. A corpore servo corruptionis cuncta; quia in illo exercetur primi peccati miseria; & ut libertatis à miseria vivide explicetur manus, in gloria erit sicut filiorum Dei, qui non habent corpus. Tunc erit libertas complaciti; ubi bonum illic esse, & cum corpore, quasi non haberetur; quippe non moritur, nec turbatur. Quare si modò obnoxium servituti, & corruptioni; in celo, ubi tutum à cunctis miserijs est, ut felix miserijs est, liberabitur à servitute corruptionis in libertatem gloriae filiorum Dei. Bernard. quò sup. n. 7. *In libertate à miseria* (ait) *non ipsi nobis plenius Christus submissurus per victoriam corruptionis & mortis, quando scilicet novissima destruetur mors, & nos transibimus in libertatem gloriae filiorum Dei: qua libertate Christus nos liberabit, cum tradet nos utique regnum Deo & Patri.* Hoc ergo filij regni, quoniam in illo regno erit etiam in electis hominibus, uti iam in sanctis est Angelis. Idem *num. 12.* *Hac in vita homo non ideo beatus est, quia patienter miser est. Tunc igitur beata erit vita, quando erit æterna:* subdit Augustin. d. & prius Tertullian. de *Patient.* cap. 4. *Servos Dei vivi, cuius iudicium in suis non in compede aut pileo vertitur; sed in æternitate salutis, devicta morte, quippe iam à miseria gaudet vita libertate.* Enthusaasmus est Seneca, in *Hercule Octavo*, à v. 1113.

Calli Regia concidet,
Atque omnes pariter Deos
Perdet mors aliqua, & chaos.
Et mors fata novissima
In se constituet sibi.

45 Hac libertate Christus nos liberabit, sed in futuro. De præterito loquitur Paulus: *Itaque non sumus ancille filij, sed liberi: qua libertate Christus nos liberavit.* In nulla prædictorum acceptionum hic exponenda libertas; quippe allegoricè sumenda tantum auctoritas inter filios Synagoga, & Ecclesia. Sub metaphora ergo filiorum Abraham Ismaëlis & Isaac

(Non tamen ab una matre,
Sed illam serva peperit.

Ut ait Apollon. *Rhod. 1. d. v. 192.* ex Agar serva, & Sara libera, obijcit duo testamentum, ex quorum uno Hebræi servi, nos liberi; quoniam non sumus sicut illi sub lege, sed sicut filij sub gratia constituti. *Quicumque enim spiritu Dei aguntur, hi sunt filij Dei.* Non enim accepistis spiritum servitutis iterum in timore; sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus: *Abba Pater.* Ipse enim spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quod sumus filij Dei, etc. Spiritus timoris est Spiritus Sanctus qui Hebræis, quasi servus, dedit legem, & nobis legem amoris: illis timorem servilem in lege, quoad præceptorum observantiam: nobis autem timorem filiorum, ob patris precipientis reverentiam. *Admonenti sunt qui flagella metant* (ait Gregorius Magnus 3. *Pastor.* Admonit. 14.) *ut si malis carere desiderant, æterna supplicia perhorrescant, nec in hoc suppliciorum timore permanant; sed ad amoris gratiam nutrimento charitatis excrestant. Perfecta charitas foras mittit timorem, quoniam timor penam habet: qui autem timet, non est perfectus in charitate.* *1. Ioan. 4.* Seneca. 4. *Benef. cap. 19.* *Deos* (inquit) *nemo sanus timet. Furor est enim metuere salutaria; nec quisquam amat quod timet: & in Medea, v. 416.*

Amor timere neminem verus potest.

Hinc Hebræi uti ex serva servi ducti timore: nos uti ex libera etiam ad præcepta ducimur charitate.

46 *Ubi spiritus Domini, ibi libertas.* Non habent servi Hebræi, studentes litteræ sen-

Augustin.

In celo beati mini perfecta libertas.

Bernard.

Augustin. Tertull.

Seneca.

Galat. 4. 31

Apoll. Rhod.

Rom. d. 4 v. 14.

Quid & quoriam spiritus dicitur timoris & charitatis Gregor. Magn.

Seneca.

2. Cor. 3. 16.

fibus obtusi, cum velamine in lectione veteris testamenti; dum idoneos non fecit testa- menti novi non litera, sed spiritus quia revelata facie gloriam Domini speculantes in ean- dem imaginem transformamur ad claritatem in claritatem, tamquam a Domini spiritu. A claritate in claritatem, id est, de libertate in libertatem; quippe projectis velaminis servitatem, transimus in libertatem voluntatis, & libertate mentis fove cognitionis. Men- tis, quoniam clare cognoscimus, quae in figura contingebat illis: nova mysteria obum- brata, quorum corpus erat Christus, quasi rota in medio rota. Illique fide nec vident ob- lectum, quoniam adhuc velamen super cor eorum. Voluntatis, quia ducimur, & sequimur amorem iustitiae, haud uti illi formidinem poene in preceptis fulminatis: igitur ut ac libere implemus gratiae legem, & Domini voluntatem ex amore virtutis propter virtu- tem amoris. Amor occupat nobilitate pectus, ubi residet Spiritus: quae libertas a chari- tate, opponitur Hebraeorum servituti. Accinit Iacob. Billius in Antholog.

Quae dita- tur libertas voluntatis & mentis:

Iacob, Bill.

Cuius maior lex gratiae gratiae legis.

Augustin.

Ioann. 8.

Ubi supr. Qualis liber- tas & ma- jus liberta- tis datus per Christum: Metonymia.

Claudian.

Ubi supr.

Quae & qua- si libertas in liberta- tem:

Libertas nulla est melior, maiore potestas, quam servire Deo, cui bene servit amor. Absque iugo posita est ditionis amica voluntas: Quae vget affectu, non gemit imperio.

47 Dum dicitur liberi a lege, non intelligitur a legis gratiae preceptis, nec a Superiorem directione potestatis; ut prave ac superbe fecerant Gnoillici olim, & novissime ann. 1521. qui dicitur Libertini: de quibus Petr. Annat. in Theolog. post. lib. 7. Liberi ergo sumus in lege gratiae a peccato, non a lege, quae dicit servis: Subditi estote in omni timore dominis, non tantum bonis, sed etiam dyscolis. Haec est enim gratia, quia sic est voluntas Dei, i. Petr. 2. a. 15. A lege libertas, est libertas a veteri lege, non a lege gratiae; ab eo qui legem non venit solvere, sed adimplere. Non enim sub lege estis, sed sub gratia: dicit Do- ctor Gentium, Rom. 6. 14. At quid? Respondet Augustin. de Continent. cap. 3. Qui sub lege vivunt (qua iubetur quod bonum est, sed non datur) non vivunt sub gratia, quae dat per Spiritum Sanctum, quod per legem iubetur. Haccine de causa haec lex fidei, & illa fa- ctorum; de quo egimus, Tom. 4. T. 2. a. n. 5. Expressit Assertor N. dum servis sub lege di- xit: Si vos filius liberaverit, vobis liberi eritis. Vnde, quia lege gratiae & signavit legem & gratiam in observationem. Per veterem Hebraei habebant libertatem, quam dicit Salva- tor servitutem; quippe illa servorum peccata signabat, sed non debebat. Per hanc (Chri- stum scilicet) vobis remissio peccatorum annuntiatur ab omnibus qui non potuissent in lege Moysi iustificari, Act. 13. 39. Per legem cognitio peccati, sed abolitio, non fit: quia vir- tus peccati lex. Lex enim gratiae hinc est libertas & servitus: libertas a peccata servitute legi; servitus, sub iugo amoris. Liberati a peccato, serviti facti estis iustitiae. Rom. 6. 18.

48 Ex controversia tanti momenti; descendere opere pretium, in materiale litera. Saep ut vidimus in Scriptura dicitur actio & effectus, & interdum actionis modus, in an- tiorem animi, vel argumenti expressionem, de quo supr. n. 7. & 10. In praesenti testimo- nio, per tota Quae libertate, demonstratur: Qualis sit, & quam magnifice a quo: non solum a servitute liberavit nos Assertor; sed gratis liberavit, misericorditer, generose, summo studio, la- bore & obsequio: contulit enim servis non solum libertatem, sed maximam, plenissimam, pretiosam, loculentam & omnimodam. Obijcit actio, & Redemptoris miro modo be- neficium redemptis, sedentibus in tenebris & in umbra mortis. Effectus pro causa, ut il- lud Iesai. 35. 10. Laticia sempiterna super capita eorum. Laticia pro corona, quippe quam confert corona laticiam. Si Purpura pro Rege: Claudian. 3. Stilicon. v. 118.

Posito iam purpura fastu, De se iudicium non indignatur habere:

Potestas pro Magistratu & Consulatu: Sueton. in Caesar. cap. 20. & in Caligul. 26. Rege- ritur interdum vox expressa; quae sine pleonismo exponitur alia voce aequipollente, eius- dem significationis, sed non soni, ne fiat Tautologia dialecto lingua. Quare pro Liber- tate liberavit, Ar. Montan. Libertate donavit: q. d. liberos nos fecit, favit, & ex servi- tute nos eripuit & eruit.

49 Aliter dum signatur libertas in libertatem. Liberabitur a servitute corruptionis in libertatem filiorum Dei: igitur dono additur maius donum: libertati scilicet naturae, li- bertas gratiae, & utrique libertas gloriae. Imus de virtute in virtutem, ut videatur Deus Deorum in Sion: igitur de libertate a necessitate fit transitus ad libertatem a crimine, postquam ab hac in libertatem a cuncta oppressione miseris, in illa caelesti patria, quod tota felicitas est, & non est ultra quod melius sit. Libertas in pleniore libertatem, ut ho- mo vivat felicissime beatus; quia gratiam & gloriam dabit Dominus. Quis dicit, dixisse

Se-

Senecam? Expestant nos, si ex hac aliquando face in illud evadimus sublimis & excessum (ait Epist. 75.) tranquillitas animi, & expulsi erroribus absoluti a libertas. Ibi gloria di- vicia, in vitali aeternitate cum morte mortis, morte criminis, & morte necessitatis. Ibi Vita vitalis, vita beata, vita secura, vita tranquilla, vita iugis, vita moris, vestita tristitia, vita sine labe, sine dolore, sine anxietate, sine corruptione, sine perturbatione, sine varietate & mutatione; ubi amor perfectus, timor nullus. Ita August. Medit. cap. 22. Quam dile- cta tabernacula tua Domine virtutum! Concupiscite tantae felicitatis delicias: ibi enim tota beneplaciti libertas; ut (post gratiae praeabilem libertatem) implemini in omnem plenitudinem. Crucius in Psalm. 83.

Bonus tua gratia munit: Gloria clarebit, cum super astra feret.

50 Cunctae ergo affines delicate Tautologiae: restant versiones principales pleonas- mi. Eruens liberavit nos, Hebr. Eripere eripies, eripere servum facere. Arab. Ad votum cumulate servum facere. Hebraei. Syr. & Ethiop. Perfecite plenissime proteget. Mauend. & Sancti. Gerisime, sine dubio liberabit. Ergo qui gaudemus libertate iudicii, consilij etiam avidè gaudeamus libertate; ut penitentibus in gratia adveniat libertas plena com- placiti in gloria.

Seneca: Epist. 3. 16.

August. Gloria quam optabunt ibid. v. 19. Cruc.

Perfusa.

ADINATON EXEGETICUM.

Epilog. Excus.

- 1. Eruens liberabit nos. Nostra per Christum in summam felicitatem fovetur spes. Felicitas, a gratia: summa, a gloria. Felicitas per gratiam, anima: per gloriam, corpori. Illud in resurre- ctione: hoc in ascensione Christi: qua quidem ut esset homini felicitas summa; vivificavit in coelum mortalia corpora nostra. 2. Eruens liberabit. Hominem quoad anime servitutem, liberaverat; sed corpus a servitute libertate non eruerat. Ab illo totus homo liberandus, dum gloria donaret corpus: gloriaeque corporis signat in Thabore specimen; quippe etiam corpus per gloriam adepturum libertatem. 3. Eruens liberabit nos. Propheta expraesis, qua libertate Christus nos liberavit. Ho- mo per Salvatoris crucem obtenturus libertatem: priusquam instituitur Eucha- ristia; ut gratiam libertatis discipulorum praeveniret gratiae: etenim si libertas ple-

ne intenditur; in Sacramento illis datur, & uti pignus amoris, quod illis traditus, traderetur pro illis. 4. Eruens liberabit. Estne differentia? Et magna, dum ad insidias Veneris pro li- bertate non capitur fuga. Fallax est, fra- gile cor; quod manet in servitute, quam sibi videtur erui: quandoquidem nullam habet libertatem, ni fuerit occasione. 5. Eruens liberabit. Alij a peccato gratia subsequente, liberantur; verum prae- veniente, non eruantur: Virgo-Miter in libertatem eruitur, ut prodigium concep- tionis praesignetur; etenim majus inter prodigia; quod ex infesta radice, primo insanti conceptionis existeret sine macula. 6. Eruens liberabit. Saep homo fragilitati cedit; sed modum libertatis gratia dis- sponit: igitur Numen uti clemens, quos non eruit, ne exspirent in culpam; li- berat, quamvis iaceant, per peniten- tiam.

DIDASCALIA PRIMA.

Per Christi in Empyrium ascensionem, homo nactus plenissi- mam libertatem.

1. Iesai. 36. 17.

Quae in hoc mystero sin- gularia mirabilia, vigilanter exprimuntur in praesenti Tautologia. Eruens (dicitur) liberabit nos. Aethiop. Perfecite plenissime. Elucet in Redemptoris ascensione. Eruit, liberavit, & perfecte. iacebat homo, extractus e paradisi deliciis sub captivitate tyrannica dzmo-

nis. Filius Dei audiens clamorem, miserum vidit, de caelo descendit, hominem induit, ut per similitudinem destrueret inimicum & ultorem; perficiens merito laudem: igitur per mortem eruit hominem a dzmonis servitute: per resurrectionem donavit sin- gulari libertate: denique per ascensionem, plenissime; quia nos (ut inquit Leo Pap. Sermon.

Ex felicitate ho- mi d, ascendo Christi mirabili. Leo Pap.